Capitaneatus Tykocinen[sis] Juramentu[m]

Nobilis Jacobus Wyganowski Factor Bonor[um] in Lipniki et Notarius certorum proventuu[m] Capitaneatus Tykocinen[sis] nec non Honestus Valentinus Sokrasi[c]i Advocatus de Zlotoria eiusdem Capitaneatus tenutae ad p[rae]s[e]ns Magnifici Alberti Wegel Vexilliferi Curiae Regni Referendarii Makowien[sis] Tykocinen[sis] Capitanei juramentum super veram desolationem et desertationem in villis diversis eiusd[em] Capitaneatus ~~[illegible]~~ Centum et novem ~~[illegible]~~ mansorum possessionalium [nec non quingentorum et duorum] quadraginta quinque quod propter assiduas vexationes stationum et oppressiones latrocinia ultimam pauperiem deductionem per milites anteriores et modernos in eodem Capitaneatu hibernam habentes subditi ex eisdem domibus et mansis sunt in fugam conversi agrique et mansi non sunt culti non arati nec conseminati sed vacui et deserti nullaeque contributiones publicae ex eis percipi possunt iuxtam ab off[ici]o p[rae]senti pronunciatam super Imaginem Passionis Jesu Crucifixi observata solemnitate juramentorum praestiterunt et debite sunt exequuti quod eis est inscriptum et expeditum

Praefecturae silvaru[m] Tykocinen[sis] Juramentu[m]

Nobilis Joannes Lepacki Factor et Notarius proventuu[m] Praefecturae Silvarum Tykocinen[sis] et Honestus Mathias Falkowski Advocatus de Traiane eiusd[em] Praefecturae tenutae ad p[rae]s[e]ns Magnifici Alberti Wegel Vexilliferi Curiae Regni Referendarii Makowien[sis] Tykocinen[sis] Capitanei et tenutarii Praefecturae Silvarum Tykocinen[sis] juramentum super veram desertationem in eadem Praefectura Silvarum Tykocinen[sis] in villis diversis mansorum possessionalium undecem quod ex eisdem mansis subditi recenter ob angarias et oppressiones militum in fugam sunt conversi agrosque incultos et inseminatos reliquerunt nullaeque ex eis contributiones percipi possunt iuxta eorum affirmatione in rotam ab offi[ci]o p[rae]senti pronunciatam super imaginem Passionis Jesu Crucifixi observata solemnitate juramentorum judicialiter in frequentia multorum Nobilium pro tunc praesentibus congregatorum praestiterunt et debite sunt exequuti quod ipsis est inscriptum et extraditum